



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

SACRO ROMANO IMPERO, *Ferdinandus tertius divina favente
clementia electus Romanorum imperator semper augustus, ac
Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Schlavoniae.
&c. rex ...*, Trento, Carlo Zanetti, 1656.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op c 98

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/187>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.


The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. I. 2. 27/40

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 1961522

D 1961408

5tca

T I-OP c 98

Disc. T. 2. 240 2

FERDINAN- DVS TERTIVS DIVINA

FAVENTE CLEMENTIA ELECT-
VS ROMANORVM IMPERATOR
SEMPER AVGVSTVS, AC GER-
MANIAE, HUNGARIAE, BO-
HEMIAE, DALMATIAE, CROA-
TIAE, SCHLAUONIAE. &c. REX.
ARCHIDVX AVSTRIAE, DVX
BVRGVNDIAE, BRABANTIAE,
STIRIAE, CARINTHIAE, CAR-
NIOLAE. &c. MARCHIO MORA-
VIAE, DVX LVCENBVRGIAE, AC
SVPERIORIS, & INFERIORIS SILE-
SIAE, VVIRTEMBERGAE, &
TECKAE, PRINCEPS SVEVIAE,
COMES, HABSPVRCI, TIROLIS,
FERRETIS, KIBVRCI, & GORITIAE,
LANGRAVIVS ALSATIAE, MAR-
CHIO, SACRI ROMANI IMPERII,
BVRGOVIAE, AC SVPERIORIS, ET
INFERIORIS LVSATIAE, DOMINVS
MARCHIAE SCLAVONICAE POR-
TVS NAONIS, & SALINARVM, &c.



NOSTRO, ET SACRI

IMPERII FIDELI DILECTO
JOANNI PETRO GRAMATICA,
CIVI TRIDENTINŌ, GRA-
TIAM NOSTRAM CAES-
AREAM, & OMNE
BONVM, &c.



A VDATISSIMA fuit à multis iam sæculis Maiorum Nostrorum Romanorum Imperatorum, ac Regum gloriosissimorum consuetudo, vt quos vel honesta generis origine claros, vel vitæ morumque integritate conspicuos alijsque virtutum ornamentis præditos animaduertent, eosdem munificentia sua decorandos extollendosque præ alijs susciperent. Hinc quidem diuersorum præmiorum genera, quibus eos pro rerum qualitate ac personarum conditione cohonestarent, recte decreuerunt: Idque non solum hanc ob causam, vt ij virtutis beneficio dignos ab Imperiali culmine honores se consecutos esse certe intelligerent, sed, & po-

steti eorum vel inde maiori domesticæ
laudis tuendæ propagandæque studio alle-
cti, ad paria virtutis ac veræ gloriæ certa-
mina totis viribus, adeoque pleno cur-
su alacriter contenderent.

Considerantes itaque IOANNES
PETRI GRAMMATICA ijs te
honestis parentibus ac maioribus patria
Mediolanensem ortum esse, qui Sacro
Romano Imperio, nec non Augustæ
Domini Nostræ Austriacæ ac Principi-
bus suis ad extremum vsque vitæ spiritum
fideles extiterint, quorum tu vestigijs
quoque grauius insistens, in id semper
sedulo incubueris, vt decus domesticum
non conseruares modò, sed etiam pro-
prijs adauctum meritis ad seram posteri-
tatem transmitteres; Vnde cum non du-
bitemus quin in eodem, quo cœpisti vir-
tutum tramite constanter perseueraturus,
posterisque tuis quod imitentur exemplum
relicturus sis, dignum te iudicauimus,
quem intuitu morum honestatis ingenij,
& litterarum (de quibus prædicaris) in-
signi aliquo munificentiz Nostræ Cæsa-
ræ symbolo, quod tibi, tuisque poste-
ris

ris legitimis perpetuo honori sit, & emolumento condecorandum susciperemus. Ac proinde motu proprio, ex certa scientiâ, sano ac maturo accedente Consilio, deque Cæsariæ potestatis Nostræ plenitudine te prædictum IOANNEM PETRUM GRAMATICA, nec non VIRGILIUM, & SIMONEM filios tuos legitimos, omnesque hæredes, posteros, ac descendentes Væstros legitimos tam Masculos, quam feminas natos, & nascituros in infinitum, Nostros, & Sacri Romani Imperij Nobiles facimus, & creamus, vosque omnes, & singulos ad statum, gradum, ordinem cæterum, consortium atque dignitatem Nostrorum & Sacri Romani Imperij NOBILIVM assumimus, attolimus, & adscribimus, atque adeò ab omnibus, & singulis cuiuscumque Status, Gradus, Ordinis, Conditionis, Dignitatis, ac præminentie existant, pro talibus, haberi, dici, nominari ac reputari volumus. Decernentes quod vobisque locorum, & terrarum, tam in Iudicijs, quàm extra in rebus Spiritualibus, ac temporalibus Ecclesiasticis,

alicis, ac prophanis quibuscunque, nec non
in omnibus, & singulis actibus, & exercitijs
possitis ac valeatis iisdem omninò honori-
bus, officijs, Iuribus, libertatibus, gratijs, &
beneficijs uti, frui, potiri, atque gaudere,
quibus alij Nostri, & Sacti Romani
Imperij aut aliorum quorumcunque Re-
gnorum, & Dominiorum Nostrorum hæ-
reditatorum Nobiles à quatuor Avīs Pa-
ternis, & Maternis geniti utuntur, fruuntur,
& gaudent, quomodolibet consue-
tudine vel de iure. Quò vetò perpetuum
huius **NOBILITATIS** Vestræ extet
documentum, eademque pleniore bene-
ficio decorata in oculos hominum, clarius
incurrat antiqua armorum vestrorum in-
signia clementer laudauimus, approbauimus,
ratificauimus, & locupletauimus, prout
eadem vigore præsentium laudamus,
amplificamus, & locupletamus, atque
in hunc qui sequitur modum posthac ha-
benda, gestanda, ac deferenda gratiosè
concedimus, & largimur. Scutum vide-
licet totum rubrum, in quo Leo flavus
hiante rictu linguaque rubea exserta, erectus
anterioribus pedibus librum apertum te-
nens,

nens, finistorum respiciens appareat. Scuto incumbat galea aperta siue clathrata, tornearia vulgo dicta, cancellis, ac limbis deauratis, & phaleris siue tenijs à dextra nigris flauis, & coccineijs, à sinistra verò partibus caruleis, albis, & rubris mixtim molliggrorum sinuamine defluentibus, nec non corona aurea super imposta decora, è qua in scuto descriptus Leo inter alas aquilinas (quarum dextra supernè rubri, infernè albi dextra verò flauis, & coccinei coloris sit) prosiliat, quemadmodum hæc omnia in medio huius Nostri Diplomatis coloribus distinctius expressa cernere licet.

Volentes, edictoque hoc Nostro Cæsareo firmiter statuentes, quod tu præfate IOANNES PETRE GRAMATICA, nec non filij tui legitimi VIRGILIUS, ac SIMON, omnesque hæredes, posterij ac descendentes vestri legitimi orti, atque oriuri in infinitum, viriusque sexus iam descripta armorum, ac Nobilitatis insignia ex hoc perpetuo tempore, in omnibus, & singulis honestis, & decentibus actibus, exercitijs, atque expeditionibus, tam fe-
rio,

rio, quàm ioco, in hastilibus ludis, seu
Castatorum dimicationibus; pedestribus
vel equestribus, in bellis, duellis, sin-
gularibus certaminibus, & quibuscunque
pugnis, eminus, cominus, in scutis,
bannerijs, Vexillis, tentorijs, cœnota-
phys, sepulchris, monumentis, ceno-
dys, annulis, monilibus, sigillis, ædi-
ficijs, parietibus, fenestris, Ostijs, la-
cunaribus, tapetibus ac suppellectilibus
quibuscunque, tam in rebus Spiritualibus
quam temporalibus, & mixtis, in locis
omnibus pro rei necessitate vestraque vo-
luntatis arbitrio aliorum NOBILIVM
armigerorum more liberè, & absque vilo
impedimento habere, gestare ac deferre,
ijsdemque quouismodo vti possitis ac va-
leatis.

Apti quoque sitis, & idonei ad incun-
dum ac recipiendum omnes gratias, liber-
tates, exemptiones, fruda, Præiulia,
vacationes à muneribus, & oneribus qui-
buscunque, realibus, personalibus siue
mixtis, ad vtendum denique singulis Iuri-
bus, quibus cæteri à Nobis, & Sacro
Romano Imperio Cuiusmodi ornamentis

insigniti, & feudorum capaces, & participes, vtuntur, fruuntur, & gaudent, consuetudine vel iure.

Quò verò singularem benigni erga te animi propensionem vberius experiaris auctoritate Nostra Cesareà scienter ac deliberate te supradictum IOANNEM PETRUM GRAMATICA, nec non VIRGILIUM, & SIMONEM filios tuos legitimos, vna cum vxoribus, liberis, domesticis ac tota familia vestra nec non, & bonis, possessionibus, & rebus omnibus, tam mobilibus, quam immobilibus feudalibus, & allodialibus vbicumque locorum sitis, quas in præsentem possidetis, aut in futurum legitime acquiratis, & possidebitis, in Nostram, & Sacri Romani Imperij clientelam, tuitionem, protectionem, & saluamguardiam suscepimus atque assumimus vigore præsentium. Volentes, & decernentes, quod sitis, teneamini, & esse debeatis, vnà cum prædictis personis, bonis ac rebus omnibus sub Nostra, & Sacri Imperij speciali tuitione & saluaguardia salui, protecti, & securi ab omni grauamine, & oppressione,

sione, & quod deinceps omnibus ac singulis immunitatibus gratijs, & prorogatijs potiri, & gaudere possitis, quibus alij qui sub Nostra, & Sacri Imperij saluaguardia, & protectione constituti sunt, de iure siue consuetudine vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent. Et vt certè ac manifestè omnibus constet de hac Nostra, & Sacri Imperij protectione tuitione, & saluaguardia plenam Vobis facultatem, auctoritatem, & licentiam concedimus, & elargimur, quod belli tempore, quoties opus habueritis, & volueritis, possitis, & valeatis in Vestris ædibus, prædijs, fundis, bonis, & possessionibus affigere, & erigere Aquilam Nostram Imperialem vna cum hæreditariarum Nostrarum Austria, & Burgundiæ Domuum insignibus coniunctim vel diuisim, citra cuiusquam impedimentum, & contradictionem.

Quapropter omnibus, & singulis Electoribus, alijsque Principibus, Ecclesiasticis, & sæcularibus Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vicedomi-

nis, Aduocatis Præfectis, Procuratoribus,
Officialibus, Quæstoribus Ciuium Ma-
gistris, Iudicibus, Consulibus, Ciuibus,
Communitatibus, Heroaldis, & Cadu-
ccatoribus ac omnibus denique Nôstris, &
Sacri Romani Imperij subditis, ac fideli-
bus dilectis, cuiuscumque status, gradus,
Ordinis, dignitatis, aut preminentie fue-
rint, firmiter præcipimus, vt te sacra-
tum IOANNEM PETRVM GRA-
MATICA nec non VIRGILIUM, &
SIMONEM filios tuos legitimos, om-
nesque hæredes posteros ac descendentes
Vestros legitimos tam masculos quam fe-
minas in infinitum suprascriptis NOBI-
LITATIS Insignibus, ac Vniuersis, &
singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus,
exemptionibus, indultis, honoribus, di-
gnitatibus, & iuribus eo quo in superio-
ribus habentur modo pacificè, quiete, &
sine omni prorsus impedimento aut mole-
stia vti, frui, potiri, & gaudere sinant,
atque ab alijs pariter id fieri sedulò curent:
Si quis autem præsens edictum hoc No-
strum Cæsareum transgredi, aut ausu quo-
piam temerario violare conatus fuerit, is
præ-

præter grauissimam Nostram, & Sacri Imperij indignationem quinquaginta marcharum aurij puri multam Fisco seu Aulario Nostro Imperiali ac iniuriam passi seu pastorum vsibus ex æquo pendendam senouerit ipse facto incursum. Harum testimonio litterarum manu Nostra subscriptarum, & sigilli Nostri Cæsarej appensione munitarum. Datum in Ciuitate Nostra Viennæ die prima Aprilis, Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Regnorum Nostrorum Romani Vigesimo, Hungarici trigesimo primo, Bohemici vero vigesimo nono.

FERDINANDVS.

Ad mandatum Sac. Cæs.
Maiestatis proprium.

Ferdinandt Groff Kurz.

Jo. Valderode.


præter gravissimas Nostros & Sacellanos
per indignationem vobiscum in
Christum vestri per nos in Christo Ara-
no Nostro Imperatoris ac nostram possiden-
pationem vobis ex quo pendebat de
nostris ipse factis innotuit. Hanc re-
litionem nostram in hanc Nostros habent
tatem & Regis Nostri & Regis appa-
tionem nostram. Datum in Civitate
die Veneris die prima Aprilis Anno Do-
mini Millesimo sexcentesimo quinquagesimo
tercio, Regnum Nostorum Ro-
mani Imperatoris, Hungarici Imperatoris
no, Bohemici vero Imperatoris nono.

FERDINANDVS.

Ad mandatum Sac. Cæ.
Marsialis proprium.

Ferdinandus Gross Kurf.

Jo. W. W. W.



Biblioteca
Comunale

T

I-OP

C

98

TRENTO

Disc. T. c. 2740

FERDINAN- DVS TERTIVS DIVINA

F AVENTE CLEMENTIA ELECT-

ORUM IMPERATOR

GER-

BO-

CROA-

REX.

DUX

ITIAE,

CAR-

MORA-

E, AC

SILE-

ME, &

VIAE,

OLIS,

ITIAS,

MAR-

PERII,

S, ET

POR-

M, &c.

